cturandi super quibus perlucida sunt producta proba:
ta est. Exindeque petijt se liberum a processu praefato
pronunciari, iuribus remedijsque quibuslibet in toto salvis
reservatis.
Memoratus autem actor Cittatum Iwanowsky teneri ad
prosequutionem causae declaravit, et cum processum
in contumaciam super se obtinere permisit et ex certis
tribunalicijs aliquotiens dum cum Abbatissa et Conventu
iuramenta decernuntur, ipse subversionem per plenipo:
tentem petit, et iudicium illi eam admittit reservatis re:
servandis.
Et Iudicium praesens Capitaneale Castren. Lublinense
Controversijs partium Actoreae per se personaliter Citta:
tae nempe Conventus per Nobilem Albertum Qmo:
chowsky plenipotentem, Iwanowsky per se personaliter
coram se factis bene diligenterque examinatis et in:
tellectis. Quantum attinet Conventum Monialium ad
invenit non teneri Actoream partem ulteriorem processu
cittatis deducere, tibi ab ultima Controversia vel litis
Contestatione. Quantum vero attinet Iwanowsky asserer:
tem quia in toto processu continetur. Ideo decrevit ei:
dem et ad praebens ulterius procedere.
A quo decreto utraque Cittata pars tam Moniales quam
Iwanowsky Motionem pro Iudicijs ordinarijs Generalibus
Tribunalis Regni Lublinen. proxime cellebrandis per
Ministerialem Generalem Regni Nobilem Ioannem Talesky inter:
ponebat. Moniales quidem Motionem eandem Conces:
sibilem esse declarant quod agatur de negotio perempte
causam petierunt eandem admitti. Iwanowsky itidem
petens Motioni deferri praesertim in causa singulari.
Quam Motionem Iudicium praebens parti Cittatae utrique
non admisit. De qua non admissa ac prosequenda
eadem Motione utraque pars cittata Ministeriali supra:
scripto est protestata. Iudicium quoque eodem Mi:
nisteriali reprotestatum est. Se nihil temere verum
iure mediante egisse Motionemque praefatam parti Citta:
tae non admissibe.
Cittata vero Conventus cum moderna Abbatissa reser:
vatis ut supra reservandis declaravit processum esse
illegitimum et erroneum. ex his rationibus. Prima quod
cittores non in bonis proprijs, ubi vult assertos subditos

actori

actor requirit non sunt positae, sed in alijs et diversis:
actor vero alia bona processu onerare non potuit. Se:
cunda quod post cessum Abbatiae Warpechowska mo:
derna Abbatissam Rokowska non adcitavit quam ad:
citare debuit, prout Abbates Episcopi et Plebani adci:
tari solent. Tertio vero in casu fundum tangendo, eam ipsa
Warpechowska pro civiliter mortua habebatur post cessum
officio Abbatiae approbaverunt, quae Citati Conventuales sin:
gulis mentibus actibus autenticis, tam ratione limitum qua:
arendae bonorum et alijs dispositionibus ipsa Warpe:
chowska a triennio desisse et modernam Rokowska
Abbatia fungi. Unde non poterat bona uti Ecclesiastica
onerari, per personas privatas non sequeretur, inde
per indirectum alienatio bonorum Ecclesiasticorum. Tertia
quod post cessum possessione bonorum praefati Iwanowski
modernum possessorem Generosum Hermplarum Ligeza
non adcitavit. Quare ex his et alijs rationibus tunc
deductis et in post deducendis petijt se ab illustrissimo
processu liberum pronunciari salvis ut supra.
Tandem Citatus Generosus Nicolaus Iwanowski stan:
do sub traditione motionis et protestans sua, tandemque
prosequi se offerendo dixit processum assertum sup.
se male obtentum esse. Siquidem manifeste ex eo
apparet quod citationes in bonis Conventus ratione
praemissorum sunt positae. Tum et affectationes intro:
missionum in eadem bona requirebantur. In bonis vero
citati proprijs nulla positio citationis nec affectatio in:
tromissionis apparet. Bona etiam citati, in Pallatinatu
Cracoviensi consistunt super quibus executio nec jurisdi:
dictio magnifici Capitanei Lublinensis extendi non potest.
Exindeque petijt praenominatus Iwanowski ex suo inte:
resse citatus se liberum a praefato processu male obtento
liberum pronunciari. Reservatis et reservandis in to:
to ut supra.
Actor autem reproducto in medium judicij praesentis pro:
cessu suo dixit et manifeste declaravit eum esse
bene et legitime obtentum, quantum autem attinet citta:
torum exceptiones eas esse invalidas et frustraneas

Et enim.

Et enim Cittores in bonis villa Smiszek Cittorum
ubi principale praedium eorum extat, sunt positae. Proprijs
autem ad quam subditi praedicti aufugerunt, positae Borow
villae Smiszek est eo nomine ab incolis appellata. Particula
tationem quoque Abbatissae modernae et Ligeza novi arenda
toris non esse necessariam dixit. Adeo quia super con
troversia similem Conventus ratione non additionis Abba
tissae pro tempore existentis bina decreta Tribunalitia eiusmodi
additionem non fuisse necessariam intercesserunt, eademque
per decreta Tribunalitia in Contumaciam Cittati Conven
tus approbata sunt. Additationem quoque Ligeza aren
datoris minus esse, ut causa praesens Tertia (quae haere
dem magis afficit et spectat) necessariam, et eo minus
quia processus super altero arendatore Iwarowsky
usque ad praeclusum terminum est obtentus, et in ap
pellatione dependet. Quantum autem attinet exceptio
nem Iwarowsky et super eo bene esse obtentum processum
declaravit. Siquidem Cittationes super ipsum in bonis
residentiae ipsius pro tunc positae sunt, cui positioni
ipse in iudicio Tribunalitio non contradixit, imo se
in causam ingerit et sub personam (dum Abbatissa
iuramentum deberet) petit, intromissiones quoque
licet non in bona propria, verum in summas pecunias
per ipsum pro tunc in eisdem bonis habitas effe
ctuatae sunt. Exindeque aliis iuris remediis salvis
manentibus petiit Cittatis vadere decerni reservatis
reservandis.

Tandem iudicium praesens Capitaneale Castren
Lublinen. Controversijs suprascriptarum partium tam
per se personaliter quam per plenipotentes suos coram
se factis bene diligenterque exauditis et intellectis.
Quantum attinet Conventum Monialium, bene obten
tum esse processum adinvenerit, et Cittatis ulterius
procedere decrevit. Quantum vero attinet Iwarowsky
eo attento quia ipse tantum arendatorius possessor
eorundem bonorum fuit, etiam pridem eorum possessor esse
desijt. Cittationesque in alienis bonis contra ipsum sunt
positae, neque intromissio in bona eius propria effe

ctuabatur

clabatur ideo male obtento processu adinvento
eundem ab eodem processibus et causa praesenti liberum
fecit et pronunciavit decreti praebentibus vigore:
Quam sententiam et decretum praebentibus partes utraeque
pro[...] non subcepernat nec in eodem acquiescere
voluerunt. Verum ab eo et cum eodem Illrem et Ma:
gnificum Joannem Firley a Dąbrowica Lublinen Ca
pitaneum ad iudicia ordinaria Gnalia tribunalia Re:
gni Lublinen proxime celebrand per similem Gnalem
Regni Nobilem Joannem Zaleszky videlicet Cittata
moniales a decreto procedendi Actor vero a decre:
to libertatis cum Iwanowszky moverunt seu appe
llaverunt. Terminum ipsi sententiae expugnandae
sibi vero motionibus et causae suae prosequendae inter
causas Appellatas Lublinen praefigendo.
Quam motionem praefatus Magnificus Capitaneus Lublin
parti utrique admisit. Terminum partibus modo
praemissis inter causas Appellatas Lublin conservant:

Tabernatoris de villa Nowoszielki subditi Ciemaczky Dillatio

In causa et actione officiaria coram praesenti Capitaneali
Castren Lublinen iudicio per Laboriosum Stanislaum Ta:
bernatorem de villa Nowoszielky subditum Generosi
Joannis Ciemaczky cum assistentia eiusdem domini sui Cit:
ta ipsum pro poena trium marcarum pecunia polon stand
instituta Nobili Theophilo Karmanowszky tan:
Actorem inpossesionato siquidem de possone ipsius nullibi Con:
stat Cittatione literali Capitaneali Castren Lublin
secundo post obtentam poenam Contumaciae edita Cittato.
Ideo quia ipse eidem actori non vult solvere pro uno
Anno videlicet Millesimo Sexcentesimo Undecimo a festo
Circumcisionis Domini incipiend usque ad simile festum
Circumcisionis Domini in anno praesenti Millmo Sexcente:
simo Duodecimo finitum quo ipsum in domo sua fovit
et alebat cum puero per unum aureum Ungaricum
pro qualibet Hebdomada sicut debuit seque bono verbo
obstrinxit eidem solvere non solvit nec hucusque solvere

vult